PETRI MATTHÆI VANNI MEDICI EGREGII JAMBICUM CARMEN AD Auctorem operis.

SCribunt labore inutili
Plures ineptè plurima
Quæ ſcripta ſunt jam millies.
At ipſe, Vir Doctiſſime,
Quo jure gaudet Umbria
Audita nullo tempore
Depromis & prorſus nova
Quæ vel maligni & invidi
Magnis ad aſtra laudibus
Certè libenter efferent.

GUIDI GUIDARELLI CALLIenſis ſcribæ Ducalis carmen, in laudem Auctoris operis. Ad lectorem.

SParſim alii extremis digitis ſcripſere latentem
Vipereæ vim virtutis, fœtuſque cruenti
Naturam, cauſſamq; ſui ſub dente veneni.
Doctus & excellens ſed Baldus hic Angelus auctor
Illuſtri, plenaq; manu, calamoque celebri
Intus & extra omnes partes ſcrutatus Echidnæ

Jun-

Junctim oſtendit eas, diris & moribus aptum
Antidotum explicuit, tectaſque in carne medelas.
Hunc ſerva Auctorem, velut ictu namque ſecundo
Sanus Achillæa rediit jam Telephus haſta.
Sic tu Vipereo fueris ſi forſitan ictu
Percuſſus, taboq; ſuo compreſſus iniquo,
Tunc hujus virtute novi ſanantis Achillis
Poſt ictum, optatam poteris ſperare ſalutem,
Et dubiæ ſecura tuæ medicamina vitæ.

Ejuſdem ad eundem diſtichon.

Non poterat Baldus niſi Baldus, & Angelus anguem
Vipereum, & partes notificare ſuas.

TERENTII OECONOMICI NOBILARIENSIS AD APOLLINEM CARMEN.

AVRICOMOS lætus radios nunc pandis Apollo,
Et placidum ridens ſpargis ab ore jubar.
Nam tua ſtellifero cælo eſt delapſa propago,
Amiſſæ per quam reſtituantur opes.
Baldus habens magnum magno de nomine nomen
Præſidis Igini munera larga pluit.
Hic veras artes penetravit, & abdita terris
Arcana, & cunctis hic patefecit iter.

Apollinis reſponſum.

Hic mea progenies,mea magna potentia ſolus
Hic eſt, qui patris dogmata ſancta colit.
Dum vitam cupient homines,dum piſcis amabit
Æquora, & hos volucres dum mea fræna regent,
Semper honos,nomenque ſuum,laudeſque volabunt
Quà nitidus ſurgo,quà ruber uſque cado.

In invidum.

Qui vomitas rabidum mordax ſermone venenum,
Et latras lingua verba canina truci;
Vipera,quæ ſuperat ſuperante venena veneno
Confringet vires,ni fugis,illa tuas.

AD BALDUM ANGELUM ABBATIUM Philosophum et Medicum præſtantiſſimum Sereniſſimi Francisci Mariæ II. Ducis Urbini VI. Petri Franciſci Bonifacii Sentinatis Endecaſſyllabum Carmen.

SI nihil melius datur ſalute
In terris homini,neq; ipſe quicquã
Majori ſtudio cupit, magiſque
A Diis patulo precatur ore;

S.

Si quondam numero DEVM reponi,
Qui vel exiguum dediſſet Orbi
Munus, fas erat, atq; templa condi:
Quid fiat tibi, qui ſalubre tradis
Medendi genus, & ſecreta profers,
Quæ vix Hippocrates, paterq; norunt?
Depellunt quoniam ſtatim malignos
Morbos non modo, ſed retardat alas
Fati (ſi licet) ociùs volantis.
Quid (inquã) tibi nonne templa poni,
Non laudes tribui, nec ipſa debent
Conſpergi ambroſio liquore membra?
Sed felix ter & ampliùs Sophiæ
Sedes Inguvium, & cuſque Martis,
Quod te jam peperit virum virorum
Primum, quem cupio frui perenni
Bono, millia mille ſeculorum.

Ejuſdem in Invidum.

Si viperæ ſcis eſſe vim, quod qualibet
Venena pellat, enecetque protinus;
Miror quòd illam quæritas laceſſere
Parum ſaluti conſulens: veruntamen
Demordeas licet, peribis nam ſtatim
Tu peſſimum virus, lues & peſſima.

Ejuſ-

Ejuſdem in eundem.

Conſtringe dentem fœtidum
Ne cæteri ſint putridi,
Odor nec inde peſſimus
Per cuncta membra defluat.

PETRI MARCELLI ABBATII Eugubini carmen in laudem operis.

SI vivens infenſa necem mortalibus affert
Vipera, dum rabido corpora dente ferit;
Hæc etiam potis eſt moriens præbere ſalutem,
Atque ægris vitam reddere corporibus.
Ergo has, quæ longo latuerunt tempore, vires
Vipereas libro hoc notificaſſe juvat.

AUCTO-

AVCTORVM DESCRIPTIO,
quos in toto opere laudat, quorumq́ue utitur patrocinio.

ARISTOTELES Stagirita.
Antigonus Hiſtoricus naturalis Græcus.
Avicenna.
Averroës Cordubenſis.
Aëtius Medicus.
Aretæus Cappadox.
Albertus Magnus.
Apollonius Tyaneus apud Philoſtratum.
Andromachus major.
Andromachus filius.
Amatus Luſitanus.
Alexander Benedictus.
Alexander Maſſaria.
Aëtii interpres Germanus.
Alexander Petronius.
Andreas Matthiolus.
Andreas Baccius.
Auctor ad Piſonem.
Agatarchides apud Plin.
Ambroſius Leo Nolanus.
Arnoldus de Villa nova.

Am-

Ambroſius Paræus.
Baſilius Magnus.
Bartholomæus Patavinus.
Bartholomæus Maranta.
Collegii Patavini Medicorum Illu-
ſtrium Triumviri.
Crates Pergamenus.
Conſtantinus Africanus.
Clemens Papa.
Dioſcorides Phacas.
Democritus apud Plinium.
Diodorus Siculus.
Democrates.
Etymologici Auctor.
Franciſcus Caballus.
Franciſcus Alexander.
Galenus ſcientiarum omnium ſcien-
tiſſimus.
Gabriel Zerbus.
Gabriel Fallopius.
Hippocrates Magnus.
Herodotus hiſtoricus.
Hieronymus Cardanus.
Hieronymus Mercurialis.
Hieronymus Capivacceus Patavinus.
Jacobus Periander.
Jacobus Weckerus. Ju-

Julius Alexandrinus.
Julianus Palmerius.
Joannes Fernelius.
Iſidorus.
Interpres Theophraſti, & Ariſtotel.
Iſigonus apud Plin.
Joſephus Valdanius.
Joſephus Strutius Polonus.
Joſephus Hebræus.
Juſtinus Hiſtoricus.
Jordanus Raffaelius Eugubinus.
Ludovicus Cælius Rhod.
Lucanus Poëta.
Laurentius Joubertus.
Lampridius.
Marcellus Virgilius.
Marcellus Medicus antiquus.
Marſilius Ficinus.
Muſa Ant. Auguſteus.
Marcus Oddus Patav.
Nicander Poëta.
Nicolaus *Leonicenus*.
Nicol. Monardes.
Nicolaus Stelliola.
Orus Apollo.
Oratius Flaccus.
Petrus Victorius Flo.

Pli-

Plinius ſecundus major.
Pierius Valerianus.
Petrus Candidus.
Petrus Gillius.
Paulus Ægineta.
Pauſanias.
Plato.
Plotinus.
Porphyrius.
Plutarchus.
Phlegon Tralianus.
Pythagoras Samius.
Raphael Volateranus.
Raſis.
Raymundus Lullius.
Soranus Epheſius.
Theophraſtus.
Tibullus.
Ulyſſes Aldrovandus.
Virgilius.
Valerius Cordus.
Zonara.

Tàm in iſto libro, quàm in libro de Theriaca, & Mitridatio horum teſtimonio utimur.

IN-